Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26421
Copyright: Admont, Benediktinerstift

42

Diogenes. Iudex iustus erit nemo nisi qui de se alium cogitauit iudicare.

De fide et legalitate.

Chrisostomus. Fides in pueris splendet, in iuuenibus floret, in senectis(?) appetit, gubernat sexus(?) gradus, pueritie(?) officia, aucta cedit(?) in paupere grata est, in mediocri leta, in locuplete honesta. ¶ Isidorus. Fides amicitias fuat(?), collegia copulat, artes commendat, nullum despicit, nullum contempnit, nulli deest nisi qui ei forte defuit.
¶ Augustinus. Fides et hostibus seruanda est, quanto magis domesticis. ¶ Item Chrisostomus. Scelus non quisque fidem promissam perspiciat non professione actibus, sicut autem primorum patres ipsos existere quam promissa fide induit conseruare, ut iam autem impleat et fidei mores homini rependeret, autem violate fidei pena competens tribuatur.
¶ Item. Solo est opus ad libandam fidem facultatibus sed animo. ¶ Item fides sacratissimum humani pectoris bonum, quod nullo blandimento decipitur, non terrore cogi(?) potest, non munere frangi. ¶ Socrates dixit. Viri boni est et non pollicitam fidem seruare. ¶ Fides est primum et ultimum humane societatis vinculum, sine quo nec mali nec boni possunt pariter consistere.

De testimonio.

Tullius. In ferendo testimonio quamtacumque alicui sit auctoritas propter coniunctionem affinitatis minor est putanda. ¶ Iosephus. Mulieris testimonium nequaquam est recipiendum propter leuitatem et peruicaciam generis earum. Sed nec seruorum testimonium propter ignobilitatem animi, quos uel propter lucrum uel propter timorem iustissime posse credi non posse uera testari.

De iusticia.

Boecius. Obtemperare iusticie summa libertas est. ¶ Apuleius. Iusticia est ut sue ita utilitatis aliene fida speculatrix.

De iniuriis.

Tullius. Cum duobus modis idem aut vi aut fraude fiat iniuria, fraus quasi uulpecule, uis leonis uidetur, sed ipsa fraus odio digna maiore. ¶ Aristoteles. Iniuria inlata prorogata ei infamia est qui facit. ¶ Demostenes. Duplicat dolorem sustinentis indignitas inferentis, intolerandaque fit malum cum auctore tempore fit consciencia(?). Solacium mali est dignitas inferentis. Duplicatur dolor cum ab eo a quo non meruerat uenit. Tanto maior est iniuria quanto affectior est proximus qui facit. ¶ Item Iniuriarum remedium est obliuio. ¶ Item Iniuriam ipse facit qui eam uindicat.

De pena.

Seneca. Nulla maior pena nequicie est quam quod sibi ac suis displicet.